Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



123

narrantur ita de contrario uitiorum nume
rus in diabolo consecratus sit.
Factum autem cum haec diceret. extollens
uocem quidam mulier de turba dixit illi
beatus uenter qui te portauit. & ubera quae suxisti.
Magnae de uitionis & fidei hac mulier ostendit
quod iscribis & pharisaeis dnm temptantibus
simul & blasphemantibus tanta eius incarnatio
nem pre omnibus sinceritate cognoscit. tanta fi
ducia confitetur. ut & presentium procerum
calumniam & futurorum confundat hereticorum
perfidiam. Nam sicut tunc iudei spiscti opera
blasphemando uerum consubstantialemq; patris
di filium negabant. sic & heretici postea negando
mariam semper uirginem spiscti operante uirtute
nascituro ex humanis membris unigenito di carnis
suae materiam monstrasse. Verum consubstantia
lemq; matri filium hominis fateri non debere dixe
runt. Sed sicut uerbi di sed dum carnem nascentis
a carne uirginis matris pronuntiatur extranea.
sic causa uenter quidam postas & ubera quae lactas
sent beatificantur. Quid enim consequentia eius
lacte creditur nutritus cuius semine negatur
ee conceptus. cum ex unius eiusdem que fontis origi
ne secdm physicos uterq; liquor emanare probatur.
Nisi forte putanda est uirgo semen tuiam suae car
nis materiam nutriendo incarnedi filio suggere
potuisse incarnando autem quasi maiori & inusitato
miraculo minime potuisse. Sed huic opinioni obstat
apostolus dicens. quia misit dns filium suum factum ex
muliere factum sub lege. Neq; enim audiendi sunt
qui legendum putant natum ex muliere factum sub
lege. sed factum ex muliere. quia conceptus in utero uir
ginali carnem n de nihilo non aliunde sed mater na
traxit ex carne. alioquin nec uere filius hominis dice
retur qui origine non haberet ex homine. Nos igitur
his contra eum hic endistis extollamus uocem cum ecta
catholica cuius haec mulier typum gessit. extollamus